mum in omnibus ſcriptoribus, Tacito vero præcipue, iudicium admiror, amo: Humanitatem amabo, dum ero viuus. Vale, vir doctiſſime. Data Lut. Par. A.D. II. Kalen. Mart. cIↃ. IↃ. LXXXIV.

EPIST. XCVII.

Geneuam.

Ioſias Mercerus Lectio Doctiſſimo S.

CArrionis emendationes editæ ſunt. In iis multa putida: quædam laudes, ſed è libris: plures culpæ; nec felix congreſſus cum Scalano. Multa emendata in Symmacho ex MSS. vt tu in tuo libro, & nos ex te habuimus. Editæ etiam quinque ex ii Epiſtolis, quas habuimus. in iis vna, cuius initium, *Euocio meo gratulor.* ridicule nimis: quæ eadem à Iureto edita ſit pag. 50. duabus voculis ſecus. Vale, & me ama. Eid. Nouembr. cIↃ. IↃ. LXXXIII.

Lud. Carrionis Emendationum libri. Symmachi epiſtola.

EPIST. XCIIX.

P. Guirandus Aloſianus I C. Andreæ Arnaudo Præfecto Prouinciæ in ſede Forcalqueriana S.

VEnit *Petronius* nouæ editionis in manus. Tu petis, vt mittam, & quaſi querendo, queris quid de Arbitro arbitrer. Placet,

De Petronio iudicium.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id41515409X/411 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG